

hombres, y en esto resplandece su caridad, su virtud y su mérito. Es, de consiguiente, el ejemplar de las virtudes con que debemos adornar nuestras almas para asegurar nuestra dicha, nuestra ventura y nuestra gloria. Imitémosla, pues, en su paciencia, en su piedad, en su caridad, en su conformidad con la voluntad divina, y en el amor á su santísimo Hijo, y confiemos en la inefable protección que ofrece á sus devotos. Acudamos con ella al pié de la cruz: permanezcamos con María al lado del árbol de la vida y de la verdadera ciencia: aprendamos allí el arte de salvarnos, y así y solo así, ó tendremos la dicha del buen ladrón, ó nos cabrá la que tuvo san Juan cuando oyó decir á su divino Maestro: «Vé ahí á tu «Madre.» En cualquiera de estos casos aseguramos nuestra dicha, nuestra ventura y nuestra gloria, y siempre será cierto que la Virgen de los dolores hace á sus devotos virtuosos en esta vida y felices en la eterna.

13. Que sea así, Madre dolorosísima. Haced que las espadas de dolor que atravesaron vuestra santísima alma hieran las nuestras con el filo del amor divino, y nos obliguen á formar verdadero dolor de nuestros pecados, y un firme propósito de imitar en lo posible vuestras virtudes. Infundid en nuestros corazones una parte de las gracias de que disponeis en favor de vuestros devotos, y haced que nos acerquemos á la cruz de vuestro santísimo Hijo y nos convenzamos de que en ella está el manantial de todos los dones que pueden hacernos santos en esta vida y eternamente felices con Vos en la gloria. Amen.

ASUNTOS

PARA LOS DOLORES DE NUESTRA SEÑORA.

1.º Tres circunstancias hacen inefables los dolores de María al pié de la cruz de Jesús: 1.ª la calidad de la persona afligida; 2.ª el objeto del dolor que la aflige; 3.ª la constancia de su corazón en la misma aflicción.—Quien pena es la mas tierna de todas las madres.—Ella sufre en su corazón todo lo que su Hijo padece en su cuerpo.—El amor de la vida del Hijo la hace sumamente sensible; el amor de la redención de los hombres la hace prodigiosamente fuerte: y ambos despiertan en su corazón la mas fiera tormenta.

2.º Para despertar en nosotros una afectuosa compasión de

aquel dolor que afligió extremadamente al pié de la cruz á nuestra comun Madre María, basta demostrar su desmesurada grandeza y su acerbísima intensidad, esto es: mostrar que fue: 1.º un dolor sin medida; 2.º un dolor sin alivio.—El amor es la medida del dolor: el amor de María para con su Jesús paciente fue sin medida: luego sin medida debió de ser tambien su dolor; mayormente porque le amaba con el triple afecto de madre, hija y esposa, porque sin medida era atormentado su Hijo, y porque presenciaba sus padecimientos.—No hallaba consuelo en el Hijo, cuyo penar acrecia el penar de la Madre, sin que pudiera ella aliviarle: no en el eterno Padre, que inexorablemente queria consumado el sacrificio: no en sí misma, que penaba sin el menor desahogo.

3.º El dolor de María debe medirse por su amor: y, siendo el suyo el mas grande de todos los amores, fue su congoja la mayor congoja. Sus afectos los tenia consagrados todos á Jesucristo: en él amaba por gratitud á su Bienhechor, por conocimiento á su Dios, por ternura á su Hijo. Y estas fuentes de amor se trocaron en fuentes amarguísimas de dolor.—Ella vió al varón de dolores, al herido por la mano de Dios: y 1.º buscó en él á su Bienhechor, mas no fue dado á su gratitud el reconocerle; 2.º en él buscó á su Dios, mas no supo con todo su conocimiento hallarle; 3.º buscó en él á su Hijo, mas su maternal ternura no pudo distinguirle. En una palabra, en él buscó á él mismo: *Quæsi vi quem diligit anima mea*; hé aquí los esfuerzos de su amor. Empero vano fue todo conato para hallarle: *Quæsi vi illum, et non inveni* (Cant. III); hé aquí el origen de su dolor.

Sentencias de la sagrada Escritura.

Stabat autem juxta crucem Jesu (Maria) mater ejus. (Joan. XIX).

Non erat in ea præ stupore ultra spiritus. (II Par. IX).

Ponam civitatem hanc in stuporem, et erit universa terra hæc in solitudinem et in stuporem. (Jerem. XIX).

Vide, Domine, quoniam tribulor; subversum est cor meum in memetipsa, quoniam amaritudine plena sum. (Thren. I).

Audierunt quia ingemisco ego, et non est qui consoletur me. (Ibid.).

Magna est velut mare contritio tua. (Ibid. II).

Attendite et videte si est dolor sicut dolor meus. (Ibid. I).

- Cui comparabo te, vel cui assimilabo te? (*Ibid.* II).
 Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lachrymarum, et plorabo die ac nocte? (*Jerem.* IX).
 Luctum Unigeniti fac tibi planetum amarum. (*Ibid.* VI).
 Ne vocetis me Noemi, id est, pulchram; sed vocate me Mara, id est amaram, quia amaritudine valde replevit me Omnipotens. (*Ruth.* I).
 Fili mi, quis mihi tribuat ut ego moriar pro te? (*II Reg.* XVIII).
 Ibi dolores ut parturientis. (*Psal.* XLVII).
 Veni in altitudinem maris, et tempestas demersit me. (*Psal.* XXXVIII).
 Tuam ipsius animam pertransibit gladius. (*Luc.* II).
 Dolor meus in conspectu meo semper, et anni mei in gemitibus. (*Psal.* XXXVII).
 Facta est mihi hæreditas mea sicut leo in sylva. (*Jerem.* I, 2).
 Vadam ad montem myrrhæ et ad collem thuris. (*Cant.* IV).
 Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi: inter ubera mea commorabitur. (*Id.* I).
 Non est qui consoletur eam ex omnibus charis ejus. (*Thren.* I).
 Assimilata est palmæ. (*Cant.* VII).
 Honorem habebis matri tuæ: memor enim esse debes quæ et quanta passa sit pro te. (*Tob.* IV).
 Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. (*Cant.* II).
 Qui addit scientiam, addit et laborem (alii legunt dolorem). (*Ecl.* I).
 Torcular calcavit Dominus Virgini filiæ Judæ. (*Thren.* I).
 Posuit me desolatam, tota die mœrore confectam. (*Ibid.*).
 Obtexit Dominus caligine filiam Sion. (*Ibid.*).
 Amaritudine plena sum: foris interficit gladius, et domi mors similis est. (*Ibid.*).
 Non quiescet dolor meus. (*Job.* XVI).
 Fortis est ut mors dilectio. (*Cant.* VIII).

Advertencia. Las figuras escriturales se hallarán repartidas en los siete dolores que hay clasificados mas abajo.

Sentencias de los santos Padres.

Si tanta est vis amoris matrum erga filios sibi cum viris communes, ut etiam deformes et inertes filios tam ardentè diligant; considerate quo amore Mater ista diligit Filium suum unigenitum. (*S. Thom. à Villan. conc. II in Nat. B. V.*)

In tabernaculo illo duo altaria videres, aliud in pectore Mariæ, aliud in corpore Christi: Christus carnem, Mariæ immolabat animam. (*Arnold. Carn. de 7 verb.*)

Sicut totus mundus obligatur Deo propter passionem, sic obligatur Domina propter compassionem. (*Alb. M. super Missus, c. 20.*)

Pro ligno scientiæ lignum crucis: pro Heva fuit Mariæ: pro morte Adami mors Christi. Intelligis dæmonem iisdem armis expugnatum ab homine quibus ipse hominem expugnaverat. (*S. Joan. Chrys. in S. Pasch. hom.*)

Martyres alii fuerunt moriendo pro Christo; hæc (*Mariæ*) commoriens Christo martyr fuit. (*S. Hier.*)

Quia plus omnibus dilexit, propterea et plus omnibus doluit, in tantum ut animam ejus totam pertransiret vis doloris ad testimonium eximiæ dilectionis. (*Id.*)

Nullus dolor amarior, quia nulla proles charior. (*S. Bonav. de compass. Virg.*)

Dolor in amore fundatur; tanto enim quis dolet, quanto plus diligit. (*S. Antonin.*)

Mariæ passa est non solum ultra humanitatem, sed etiam supra humanum conceptum. (*B. Amed. hom. V de Deip.*)

Quia in parte impassibili passa est, plusquam martyr fuit. (*S. Hier. apud Dur.*)

Vivebat moriens, moriebatur vivens, nec mori poterat quæ vivens mortua erat. (*S. Bern. de lam. Virg.*)

Clarissimum passionis Christi speculum cor Virginis, et mortis ejus imago: in corpore Filius, in mente crucifixa erat Mater. (*S. Laurent. Justin. serm. de agon. c. 2.*)

In ipso divini Incarnationis articulo simul in Filii conceptionem, simul in mortem consensit. (*S. Bern. Senen.*)

Ex quo Mater facta sum, scivi eum ista passurum. (*Rup. Abb.*)

Illa videndo in omnibus passa est. (*S. Aug. serm. CIX.*)

Spectabat Mater piis oculis Filii vulnera, per quæ sciebat omnibus futuram redemptionem. Stabat non degeneri Mater spectaculo, quæ non metuerat peremptorem. (*S. Ambr. de inst. V. c. 7.*)

Stantem illam lego, flentem non lego. (*Id. in Luc. xxiii.*)

Stabo et aspiciam oculis; accedam propius, et amplectar brachiis. (*S. Bern. de lam. V.*)

Tormenta illa quæ corpus Christi in passione transfixerunt, animam Virginis acerbissimo doloris gladio vulneraverunt. (*D. Aug. et Hier. apud Sylv. in Ev. l. II, c. 6.*)

Filius tuus in corpore, tu autem in corde passa es... tota es in vulneribus Christi; totus Christus crucifixus est in vulneribus cordis tui. (*S. Bonav. in stim. am.*).

Tantus fuit dolor Virginis, quod, si in omnes creaturas quæ dolorem pati possunt divideretur, omnes subito interirent. (*S. Bernardin. serm. LXI.*)

Quidquid enim crudelitatis inflictum est corporibus martyrum, leve fuit, aut potius nihil, comparatione tuæ passionis, ò B. V. (*S. Anselm. de excell. V. M. c. 5.*)

Alia martyria non sunt comparabilia martyrio Mariæ, quæ in anima passa est. (*S. Laurent. Justin. in laud. M. l. III.*)

Magna est velut mare contritio tua: hoc enim mare per impatientiam non redundabat, sed omnia dolorum flamina per patientiam absorbebat. (*S. Bern. c. 1.*)

Quod ipse in corpore, tu in corde passa es; et singula vulnera per ejus corpus dispersa, in tuo corde sunt unita. (*Id. ibid.*).

Omnino unum erat Christi et Mariæ holocaustum: ambo pariter offerebant; hæc in sanguine cordis, ille in sanguine carnis. (*Arnold. Carn. de laud. V.*).

Quod in carne Christi agebant clavi et lancea, hoc in Virginis mente agebat naturalis affectus et materna angustia. (*Id. ibid.*).

Vicit sexum, passa est, ultra humanitatem; torquebatur namque magis quam si torqueretur ex se, quia super se incomparabiliter diligebat id unde dolebat. (*Id. ibid.*).

Se ipsam inmolabat in Filio, victima et pontifex, sacerdos et sacrificium. (*S. Ambr. lib. de Abrah.*).

Si Paulo dicere licuit: suppleo quæ desunt passionum Christi; quanto plus SS. Matri hoc dicere fas est! (*Dion. Carth. tract. de pass. V.*).

Martyr non ferro carnificis, sed acerbo dolore cordis. (*S. Bern. in cæn. D. serm. IV.*)

Vere quidem interiisset præ magnitudine doloris, nisi fuisset à Domino mirabiliter præservata. (*S. Ans. de excell. V.*).

Dolores partus effugit pariens, illos sustinuit ex materna compassione viscerum, lacerum reparturiens. (*S. Joan. Damasc.*).

Vulnera Christi patientiserant vulnera Matris dolentis. (*S. Bern.*).

Doloris idem gladius qui Christo in cruce mortem attulit, Matri, animam in ejus mœrore transfixit. (*S. Paulin. ep. ad S. Aug.*).

Non solum stabat, verum etiam in cruce pendebat. (*S. Bern. serm. LI.*).

Hinc, fratres mei, perpendite quam debitores simus huic benedictæ Genitrici. (*S. Petr. Dam.*).

Non ait carnem, sed animam, in qua pietatis affectus continetur, et doloris aculeus quasi gladius operatur. (*S. Paulin. ep. L super Tuam ipsius, etc.*).

Unicus ei erat Filius cunctis formosior, sanctior universis, decoratus moribus, virtutibus plenus, ac gratiarum locupletatione conspicuus. Mater siquidem amoris vinculo secum conglutinata tenebatur. (*S. Laur. Justin. de agon. c. 18.*)

Cruciat te, Domine, crux tua; sed non minus Mater tua. (*S. Aug.*).

Ille (*Christus*) corpus, ista (*Maria*) spiritum immolabat. (*S. Bern. Senen.*).

Ipsa fuit martyr in anima, et gladius doloris qui pertransivit animam ejus, in Unigeniti passione ei pro martyrio computatur. (*Ri-char. l. III de laud. V.*).

Plusquam martyr fuit, quia in anima non minus amoris quam mœroris gladio vulnerata fuit. (*Rup. Abb. in Joan.*).

Pendebat in cruce Filius; Mater se persecutoribus offerebat: præstolabatur si forte etiam morte sua publico muneri aliquid adderetur; sed Christi passio adjutore non indignuit. (*S. Ambr. de inst. V. c. 7.*)

Plane juxta crucem Jesu stabat, cujus membra dolor crucis simul crucifigebat. (*Guerr. Abb. in Joan. XIX.*)

Quæro Matrem Dei, et invenio spinas et clavos: quæro Mariam, et invenio vulnera et flagella, quia tota conversa est in ista. (*S. Bonav. de stim. am.*).

O suavissimum cor amoris, cur conversum es in cor doloris? Aspicio cor tuum, et jam non est cor; sed fel amarum et absinthium video. (*Id.*).

Stabat juxta crucem, non ut dolorem Filii consideraret, sed ut salutem humani generis expectaret. (*S. Ans. med. de pass. Chr.*).

Ille (*Christus*) etiam mori corpore potuit, ista (*Maria*) commori corde non potuit? Fecit illud charitas, qua majorem nemo habuit: fecit et hoc charitas, cui post illum similis altera non fuit. (*S. Bern. serm. infra Oct. Assumpt.*).

In aliis martyribus magnitudo amoris dolorem lenivit passionis; sed beata Virgo quanto plus amavit tanto plus doluit, tantoque ipsius martyrium gravius fuit. (*Id. serm. V.*).

Juxta magnitudinem amoris erat vis doloris. Gravius passa est mente quam martyres carne. (*Id. ibid.*).

Alii pro Christo passi sunt in carne; sed beata Virgo in ea parte sui passa est, quæ est immortalis. (*Id. de lam. V.*).

Christi passio quasi torrens implet Filium patientem, et in Matrem redundat Filio compatientem. (*Id. ibid.*).

Videbam morientem quem diligit anima mea, et tota liquefiebam præ doloris angustia. (*Id. ibid.*).

Moritur Filius meus. Cur secum non moritur mœstissima Mater ejus? (*Id. ibid.*).

Terra tremuit, petra scissæ sunt, et luminaria cœli obscurata sunt. Cogitare nunc libet quantus dolor tunc infuit Matri, cum sic dolerent quæ insensibilia erant. (*Id. ibid.*).

Stabat Maria, brachia levans in altum, vulnera contemplans: vix sustinere se potuit. (*Id. ibid.*).

Quoties ipsam præ immensitate doloris credis potuisse deficere? (*Id. ibid.*).

Fili mi, quis mihi det ut tecum et propter te moriar? (*Id. ibid.*).

Cum Christus dixit Joanni: ecce Mater tua; unicuique christiano dedit Matrem suam in matrem. (*Dionys. Carth. in Joan. XIX.*).

Extremum spiritum ore relegebat, ut consortium mortis hauriret. (*S. Ambr. or. II de obit. fr.*).

Ruens super corpus Filii, præ incontinentia doloris, quasi mortua stabat. (*S. Bern. de planct. V.*).

Piis spectabat oculis Filii vulnera, quia expectabat non pignoris mortem, sed mundi salutem. (*S. Ambr. comment. in Luc. XXIII.*).

Non crediderim potuisse stimulos tanti cruciatus sustinere, quin vitam amitteret, nisi spiritus dulcissimi Filii intus doceret non esse mortem eum absumentem, sed magis triumphum omnia ei subjicientem. (*S. Ans. de excell. V. c. 5.*).

Martyrium Virginis duodecim inter stellas diadematis ejus. (*S. Bern.*).

Quid concedet, beatifica in cœlis, quæ talia dabat in terris afflicta? (*Gerson.*).

Sentencias de la sagrada Escritura y de los santos Padres, y figuras sobre cada uno de los siete dolores.

SOBRE EL PRIMER DOLOR.

Sentencias de la sagrada Escritura y de los santos Padres.

Ece positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum, et in signum cui contradicetur; et tuam ipsius animam pertransibit gladius. (*Luc. II.*).

Proh verba resonantia dolorem! (*S. Anselm.*).

Quis explicet quo dolore tunc arctabatur B. Virgo, cum propheticis oculis cerneret stirpis suæ magna ex parte condemnationem casum populi, ruinam patriæ? (*B. Amed. de laud. B. M. hom. V.*).

Tam pro Nati morte quam pro judæorum perditione ineffabili dolore Gloriosæ pectus urebatur, et altissimo pietatis jaculo confossum extremas spirabat inter angustias. (*Id. ibid.*).

Dolor meus in conspectu meo semper, et anni mei in gemitibus. (*Psalm. XXXVII.*).

Quoties aspiciebam Filium meum, quoties videbam ejus manus et pedes, toties animus meus quasi novo dolore absorptus est, quia cogitabam quomodo crucifigeretur. (*Lib. VI Revel. c. 57.*).

Eum lactans, cogitabat de felle et aceto: quando fasciis involvebat, funes cogitabat quibus ligandus erat: quando gestabat, cogitabat in cruce confixum: quando dormiebat cogitabat mortuum. (*Engelgrave, hom. Dom. infra Oct. Nativ.*).

Et Jesus proficiebat sapientia, et ætate, et gratia, apud Deum et homines. (*Luc. II.*).

Ille doloris gladius Virginis omni hora tanto se propius aproximabat, quanto Filius passionis tempore magis appropinquabat. (*Lib. Rev. fer. VI, lec. II, cap. 16.*).

Figuras de la sagrada Escritura.

Los Profetas, que previendo la destruccion del pueblo escogido, lloran amargamente; Moisés, que por la ruina de su nacion sintió una herida superior á toda herida; la piadosa Ester, que por el inminente asolamiento de su nacion se desmayó dos veces, pueden ponerse en cotejo con María que oye el vaticinio de la contradiccion de que será señal su Hijo, y de la reprobacion de tantos redimidos.

David, que en medio de todas sus delicias y grandezas reales, al intimarle el profeta Natan la muerte de su hijo: *Filius qui natus est tibi morte morietur* (II Reg. XII), lloró, ayunó, durmió en el desnudo suelo; puede dar una idea, aunque débil, del dolor de María al oír que Simeon le profetizaba la muerte de Jesús y sus congojas.

El tormento que sufrió Abrahán durante los tres días que trató con su querido Isaac sabiendo que había de inmolarle, es una débil imágen del que hubo de sufrir María por espacio de treinta y tres años desde el mencionado vaticinio.

SOBRE EL SEGUNDO DOLOR.

Sentencias de la sagrada Escritura y de los santos Padres.

Herodes rex turbatus est, et omnis Hierosolyma cum illo (*Matth. II*).

Quid est quod sic turbaris, Herodes? Rex iste qui natus est, non venit reges pugnando superare, sed moriendo mirabiliter subjugare. (*S. Fulg. serm. V de Epiph.*).

Non ad hoc venerat Christus ut alienam gloriam invaderet, sed ut suam donaret. (*S. Aug. in Matth. II*).

Successorem suspicatus, expavit. (*S. Leo Magn. serm. I de Epiph.*).

Nil dat tempori, nil ætati, nil pauperi, nil parenti... Parat innocentem dolos, scelus pio, nudo gladios, soli milites, vagienti necem, pœnam parenti. (*S. Petr. Chrysol. serm. III in Epiph.*).

Surge et accipe Puerum et Matrem ejus, et fuge in Ægyptum. (*Matth. II*).

Concussa sunt ad hanc vocem viscera ejus. (*S. Bonav. in medit. vit. Chr.*).

Qui consurgens, accipit puerum et matrem ejus nocte, et secessit in Ægyptum. (*Matth. II*).

Debet fugere qui Salvator est mundi? (*S. Alb. M.*).

Fuge à tuis ad extraneos, à templo ad dæmonum fana. Quæ major tribulatio, quam quod recens natus, à collo matris pendens, cum ipsa matre pauperula fugere cogatur? (*S. Joan. Chrys. hom. II in Matth.*).

Fugit, ut fugaces revocaret. (*Glossa ordin. hic*).

Intuere verecundiam Virginis, laborem matris, sexus pudorem, periculum Joseph. O quam durum est peregrinare, etiam inter cives fratresque! Sapit quid sit sua domus qui sentit alienam. (*S. Petr. Chrys. serm. CLI*).

Joseph et Maria non habent famulum, non ancillam: ipsi domini et famuli. (*Id. ibid.*).

Portabat eum Mater tenera et juvenis valde per viam sylvestrem, obscuram, nemorosam, asperam et inhabitatam, per viam etiam valde longam. (*S. Bonav. in medit. vit. Chr. c. 17*).

Quomodo faciebant de victu secum portando? Ubi etiam et quomodo de nocte quiescebant? quomodo hospitabantur? Raro enim domos in illo deserto inveniebant. (*Id. ibid.*).

Compatere ergo eis, quia labor difficilis, et magnus, et longus est tam ipsis quam puero Jesu. (*Id. ibid.*).

Ægyptum idolis plenum et omnigenum Deum monstra, venerantem. (*S. Hilar. in II Matth.*).

Quanta est Dei misericordia!... Hæc Ægyptus quæ olim sub Pharaone in Deum contumax et rebellis extiterat, nunc susceptaculum et habitatio facta est Christi. (*S. Joan. Chrys. hom. II ex var. Matth.*).

Vade in terram Israel, defuncti sunt enim qui quærebant animam Pueri. (*Matth. II*).

Difficilior mihi videtur reditus quam accessus; nam, quando venit in Ægyptum, ita parvulus erat (*Jesus*), quod portari poterat; nunc autem sic magnus est, quod portari non prævalet; et sic parvus est, quod per se ire non potest. (*S. Bonav. ubi supra, c. 13*).

Respice eos fatigatos et ex labore devictos tam de die quam de nocte. (*Id. ibid.*).

Audiens quod Archelaus regnaret in Judæa pro Herode patre suo, timuit illo ire. (*Matth. II*).

Cum domum venisses, rursus invenis malorum successionem. (*Anonymus apud Metaph.*).

Figuras de la sagrada Escritura.

Si Berzelai, invitado por David á cohabitar consigo en palacio en premio de su fiel servicio en la guerra habida contra Absalon, rehusó tan generosamente los ofrecimientos por el solo deseo de vivir y morir en su patria; ¡qué dolor hubo de sentir María al dejar su tierra natal para dirigirse, no á un palacio, sino á una region bárbara!

Al pueblo israelita en el desierto le acompañaban los prodigios del brazo divino. Mas ninguno de estos prodigios, ni la nube, ni la reluciente columna, ni el maná acompañaron á los fugitivos Jesús, María y José.